

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas r
cum fonte primo

Caritatis

cum sit proprium nutrire concordiam,
seruare composita, coniungere dissociata,
dirigere praua, et uirtutes ceteras
perfectionis sue munimine solidare,
quisquis in eius radice se inserit,
nec a uiriditate deficit nec a fructu inanescit.

Gregorius in omelia.

Magistra bonorum omnium caritas,
quae nihil sapit extraneum, nihil asperum,
nihil confusum, ita quae exercet corda corroborat,
ut nihil graue, nihil difficile sed fiat totum
dulce quod agitur. Huius igitur
cum sit proprium nutrire concordia,
seruare composita, dissociata coniungere,
praua dirigere et uirtutes ceteras,
perfectionis suae munimine solidare,
quisquis in eius radice se inserit,
nec a uiriditate deficit nec a fructibus inanescit,
quia humorem fecunditatis opus efficax
non amittit.

Gregorius Magnus, *Registrum epistularum*, 9.223
(CCSL 140A, D. Norberg ed., pp.794-5, ll.1-9).